



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Tertiæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] sit admiscenda aqua? 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-38725

*eod. loco
in arg. ci
isto. &
habetur
de cōf. d.
2. c. cum
omne cri
men. in
med et in
concil. 3.
Brac. c. 1.
437
4. d. 11. q.
9. 2. ar. 4.
9. 1. c. 1.
Cor. 11. 1.
6. c. 5.

Alex. 1.
in epi. ad
omnes or
thodox. à
med. il-
lius to. 1.
conc.

Ibid.

Prohibetur etiam ne mustum statim expressum de
vua, in calice offeratur: quia hoc est indecens pro-
pter impuritatem musti. Potest tamen in necessitate
fieri. Dicitur enim ab eodem Iulio Papa *, Si necesse
fuerit, botrus in calice prematur.

ARTIC. VI.

Utrum aqua sit vino permiscenda?

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd aqua
non sit vino permiscenda. Sacrificium enim
Christi figuratum fuit per oblationem Melchisedech,
qui Genes. 14. non legitur obtulisse nisi panem & vi-
num. Ergo videtur, quòd in hoc sacramento non
debeat adungi aqua.

¶ 2. Præterea, Diuersorum sacramentorum di-
uersa sunt materiæ. Sed aqua est materia baptis-
mi. Ergo non debet assumi ad materiam huius sa-
cramenti.

¶ 3. Præterea, Panis & vinum sunt materia hu-
ius sacramenti. Sed pani nihil adiungitur. Ergo nec
vino debet aliquid adungi.

SED contra est, quòd Alex. * Papa scribit, In sa-
cramentorum oblationibus, quæ inter missarum solè-
nia domino offeruntur, panis tantum, & vinum aqua
permixtum, in sacrificium offerantur.

RESPONDEO dicendum, quòd vino, quòd
offertur in hoc sacramento, debet aqua misceri. Pri-
mo quidem propter institutionem: probabiliter enim
creditur, quòd Dominus hoc sacramentum insti-
tuerit in vino aqua permixto, secundum morem illius
terræ. Vnde & Prouerb. 9. dicitur, Bibite vinum,
quod miscui vobis. Secundo, quia hoc conuenit re-
presentationi dominicæ passionis. Vnde dicit Ale-
xan. Papa *, Non debet in calice Domini, aut vinum
solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumque permix-
tum: quia vtrumque ex latere eius in passione sua
profluxisse legitur. Terzio, quia hoc conuenit ad si-
gnificandum effectum huius sacramenti, qui est vnio
populi Christiani ad Christum; quia vt Iulius Papa
dicit

dicit †, videmus in aqua populum intelligi, in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur. Quarto, quia hoc competit ad vltimum effectum huius sacramenti, qui est introitus ad vitam æternam. Vnde Ambrosius dicit in lib. * de sacramentis, Redundat aqua in calicem, & salit in vitam æternam.

habetur de cōs d. 2. c. cum omne crī men cir. med. li. 5. c. 1. a me. 10. 4. † ibidem.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Ambrosius dicit ibidem, sicut sacrificium Christi significatum est per oblationē Melchisedech, ita etiam significatum est per aquam, quæ in eremo fluxit de petra: secundum illud 1. Cor. 10. Bibebant autem de spiritali confluence eos petra.

Ad secundum dicendum, quod aqua assumitur in baptismo ad vsum ablutionis. In hoc autem sacramento assumitur ad vsum refectionis, secundum illud Psal. 22. Super aquam refectionis educavit me.

Ad tertium dicendum, quod panis ex aqua & farina conficitur. Et ideo cum vino aqua miscetur, neutrum sine aqua existit.

ARTIC. VII.

Utrum permixtio aquæ, sit de necessitate huius sacramenti?

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod permixtio aquæ sit de necessitate huius sacramenti. Dicit enim Cyprianus * ad Cæcilium, Sic calix Domini non est aqua sola, & vinum solum, nisi vtrūque miscetur, quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, nisi vtrumque, scilicet farina & aqua, fuerit adunatum. Sed admixtio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti. Ergo pari ratione admixtio aquæ ad vinum.

*438
inf. 9. 83.
a. 6. ad 4
q. 6. q.
4. d. 11. q.
2. a. 4. q.
2. q. 3. et
1. Cor. 11.
le. 6. co. 5.
† li. 2. ep.
ep. 3. iter
fi. q. me.
Innuitur
de conf.
d. 2. c. 7.*

¶ 2. Preterea, In passione Domini, cuius hoc sacramentum est memoriale, sicut de latere eius exiuit sanguis, ita & aqua. Sed vinum quod est sacramentum sanguinis, est de necessitate huius sacramenti. Ergo pari ratione & aqua.

¶ 3. Prat. Si aqua non esset de necessitate huius sacra-